

*fin. tigit*

139

P I S

Inque Valentinum Gleonem Parutius hastam  
Per scapulas misit levam feriendo papillam,  
Trajectumque virum medio prostravit in agro.  
Pharion Hispanus Guinacelli sternitur iactu  
Dum cadit ruit inter loca fugacis  
Cujus Saltarus traherat ilia virga,  
Quando duos pariter fixit jaculando nigellos.  
Gerardi proles Opizo cum pube suorum  
Invadens aciem, satagit prosternere Mauros.  
Gaufredus Partium, Raynerius proterit Afrum,  
Confortesque necis fecit germanus uterque.  
Marinianus hic Bernardus Ilonea letho  
Donat, transfigens credenti cuspide costas.  
Cuspide Silleti dirus prosternitur Olphes,  
Gennius Alcheon sternit Mauretus Edonem.  
Undique discurrens rector Catalanicus hostes  
Dissipat, & socios mortatu divite firmans.  
Ampuriae fortes equites, & Rusilienses  
Subsidiendo duci, dant plurima funera Mauris.  
At Petri Grossi dejegerat hasta Coracem,  
Cujus promptus equus multos patraverat actus;  
Sed jugulare virum cum jam mucrone parasset,  
Currentes Mauri socium de cede tulerunt.  
Signifer Alpheus medios violentus in hostes  
Currit, & exacuens fortes in bella sodales,  
Ut reliquias prosternit aves Regina volucrum,  
Sic sic hostiles terit insistendo phalanges.  
Barbarici statim cunei turbantur, & inde  
Conversi fugiunt, Pisani terga sequentes  
Urbanas inter propellunt agmina portas.  
Innumeri capiuntur equi, capiuntur & arma,  
Et fusi per rura lacus jacuere crux.  
Altius ascendens Phœbus contraxerat umbras,  
Ad sua viatorum redeunt tentoria turmæ.  
Bellica per campos Baleæ jam facta patebant,  
Extinctosque viros fusos spectare per herbam  
Barbaricus populus simul & Pisana volebant  
Agmina, legati veniebant atque redibant.  
Accipitres, vestes, privataque dona dababant  
His, quibus Ampuriae Comes hæc tribuenda mo-  
nebat.  
Vendita fit pietas, tunc multum devius heros  
Regi transmisit chartas, recipitque latenter  
Hujus scripturas, que rescribuntur ad ipsum.  
Pestifer interea dum foedera quereret hostis,  
Quos divinus amor, non preda, nec ulla simultas,  
Sed Christi pietas ad justa vocaverat arma,  
Captiios omnes sub conditione volebant.  
Nazaredeolus certa sine lege paratus  
Reddere non fuerat, nexusque, fameque coactos  
Carceribus distentos attenuando necabat,  
Ac Pharaonios retinens in mente furores,  
Quæ spondebat heri, cras inficiando vetabat:  
Utque dolosa vident patres colludia Regis,  
Solantur populum, populus solamine gaudet.  
Dum trutinare novos nituntur pectori sensus,  
Mox redolitque dies, nam præterit unus & alter,  
Castraque paulatim mutata propinquius extant  
Mœnibus, ac creber procedit ab urbe tumultus,  
Optime Dalmati, quem tu non latus adibas;  
Nam crebro factæ pugnæ non tardus adesse  
Cerneris, in tantum pugnæ tibi suppetit ardor.  
Ergo die quadam paucis comitantibus hostes  
Corde volente petens, sociis absistere jussis,  
Cum geminis solus vadis contendere Mauris.  
Viribus ergo tuis prostratus corruit unus,  
Alterius mox dextra tibi penetrabile scutum  
Transfigit, medianum penetrat quoq; lancea coxæ.  
Qua patet, & miles non loricatus, inermis,  
Stratus equo pugnare paras, sed vulnere factus  
Debilis, innumeros equites sine lege ruent  
Decidis excipiens, feriens te barbarus ensis  
Decapitat, felix transmigrat ad æthera flatus:  
Talia bellipotens ut concipit aure Xilemus,

(gu)

*notare.*  
Arabathalgidit prime nomen vocatur.  
Nazaredeolus fuit huius conditor urbis,  
Per quinquaginta que fit circundata surres  
Usque Bebelgidit — sic est vocata secunda —  
Arabathaltigat murus.

A N A.

140

A Dat lacrymas, tristesque viri de funere questus  
Profundit, nec ad ista vacat, sed clamat ad arma,  
Ulciscique necem jugulati currit amici.  
Heroem centum sectantur ob arma micantes,  
Qui promptos gestare solent ad bella vigores.  
Accelerat, campumque petit, sua mœnia Mauri  
Ista meditantes properatis gressibus intrant.  
Militis acquirit, vindex modo cum nequit esse,  
Gothica turba caput. Mutato denique Mauro  
Ante diem Domini semper quæ proxima fulget  
Lux redit, qua tempus erat sine turbine clarum,  
Jamque sui cursus nonam perfecrerat horam.  
Phœbus, cum fortes redeunt ad prælia Mauri,  
Christicolaque putant ad castra requirere tantum  
In numero fidorum equitum peditumq; potentes;  
B At cauti pedites currunt latenter ad arma  
Pisani, visosque petunt non segniter hostes.  
Spicula, tela simul, lapidesque venire per agros,  
Et pluvia ritu poteras spectare sagittas.  
Pugnæ sevit amor, Pisani robur abundat,  
Dumque ferunt iactus, dum totis viribus instant,  
Ismætilitarum cuneos in mœnia mittunt,  
Et certant sumnum robur prosternere valli.  
Calcato equites subeunt limina portæ  
Transfodiunt, & equos fortes durantibus hastis,  
Summaque proficiunt murorum, nec fecus ipsas  
Concutiunt portas, funduntque viriliter hoites.  
Denique conspicunt geminæ fundamina fossæ  
Mirantes muros, & defensacula circum  
(Discrepat à visu quicquid pervenit ad aures)  
Urbis, multorum subit in præcordia terror.  
Diffidunt igitur multi, tremulumque revolvunt  
Ore silente caput, tanto pro robore fortes  
Ipsi desperant urbem superare potentem.  
Tres fuerant urbes, unum quæ nomen habebant.  
Sed diversa tamen si nomina queris earum,  
Nomine diverso poteris quamcumque notare.  
Arabathalgidit murus fabricatus ab ipsa  
Incipiens, urbis corpus circumdat, & undas  
Equoris attingens: mare juxta volvitur illuc,  
Quæ densat celsas urbs Elmodenia turres.  
Dividit has murus, circumdatur una duabus,  
Quas circum decies cubitorum milia cingunt.  
Hoc numero demptis ter ternis atque duobus  
In numero certo turres sunt forte volenti  
Quatuor & decies septem centumque notantur.  
Hæ tres una queunt urbs famosissima dici.  
Est commune tribus positum Majorica nomen,  
Inter quas etiam torrens placidissimus ivit,  
Et per quinque queunt torrentis viscera pontes  
Transiri, liquidæ cum plus fluit impetus unde,  
Ezechinque vocant: quæ pleniū affluit amnem  
Dicitur Enelamur præducta canalibus unda,  
Quæ potanda viris dulces dabat omnibus haustus  
Indigenis populis; & ob aquas fortiter artes  
Mœnia tuta forent, si condemnata malorum  
Tam sceleratorum Deus agmina vellet amare.  
In populi numero non debet fidere quisquam,  
Qui Dominum contra sublimes erigit arcus.  
Hinc Baobitas rector Balearis ad arma,  
Et Getulos, Arabes, Parthos, Libyosq; Medosq;  
Nec non Hispanos multo conduixerat auro,  
Et dedit immensum, non intentata relinquens  
Per quæ tota dari patriæ solatia possent.  
Ergo pugnantum tractare viriliter arma  
Qui poterant, sibi sexaginta milia, vel plus,  
Et equites prohibentur ei ter mille fuisse,  
Et centena dabat prægrandes machina moles;  
Mille quater ductus numerus fuit arcitenentum,  
Figere qui poterant missis loca certa sagittis.  
Fundibulorum præ multitudine certus  
Non fuerat numerus, sic nec lapides jacentum.

Explicit Liber Quintus.

IN-

*cler  
median  
gent*

*tur*

*f 36 v.*

*L 4 Virg. Æbar primogen  
cl 1. obam*

*f 37 / n*

*Janus L.  
gusta blauß mitralia I*

*fidem*

*L h*

*n*

*L l*

*f (prohib.*

*cl f 37 v.*